



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

7. Carmina Dœmonis artificio laborata ad morbos gignendos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

tores aut Curatores superstitionis
non intendere aut dicere se implo-
rare opem Dæmonis, aut in eam
confidere, quod satis sit ad tacitam
invocationem hisce vanis ad co-
gnitionem, aut curationem im-
proportionatis vti, quæ vim hu-
manam, aut vires verborum su-
perant, & secretam Dæmonis o-
pem arguuntur adnexam habere,
quod utilitatem suam ista media
ab interventu & auxilio Dæmo-
nis consequantur. *Suar. t. 1. de Re-
ligione. l. 2. de Superstitione. c. 9. num.
13. Sanchez. cit. c. 38. num. 4. cum a-
lis.*

VII. Incidunt in casum refe-
ratum qui usurpant verba aut car-
mina quædam autore Dæmonie
ad morbos gignendos, aut curan-
dos, iudicra, vel terriculamenta
cienda, composita: aut alias ver-
borum formulas, quibus Dæmon
invoatur aut cogitur ad compa-
ren-

rendum, aliquid significandum, v.
g. furtum, furem, aut thesaurum
absconditum, morbigenus, medi-
cinam, aut à quo maleficium im-
positum, quibus mediis tollendū
aut faciendum eiusdem operā ta-
cità, vel expressè rogatā: nec non
qui incantatoris operā vtuntur, v.
g. ad amatorium maleficium, quo
quis in amore, Venerisque furi-
as protrahitur.

VIII. Quæres vtrum malefici-
um maleficio liceat soluere? Resp.
I. Nunquam licere maleficium
maleficio soluere, id est, damnum
à maleficis illatum per supersticio-
sum medium diuinationis dispel-
lere, aut magica signa, ligaturas,
nodos, volumina capillorum tol-
lere, quamuis etiam ad id se para-
tum offerat diuinator, cum hoc sit
intrinsecè malum, propter usum
magicæ artis promanantis ab ex-
pressa, vel tacita Dœmonis inuo-
catione